



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Schlusshovium, quasi clavium ager, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

10. *D. Hildegardis à Milburg* eligitur anno 1544. nobilis ac præclara Domina. Præfidet adhuc hoc currente anno Christianorum 1550. feliciter.

Ad lectorem Bruschius.

*Hic Schyrensis erant nobis monumenta locanda:
Sed quia deérat adhuc aliquid, transferre ea, lector,
Malui in ipsum operis colophonem, obtrudere manca
Quàm tibi. Tu, quæso, hoc studium recte accipe nostrum.*

SCHLUSSELHOVIUM, quasi clavium ager, monialium Snobili profapia editarum ordinis ac instituti Cisterciensis visitationis que Lanckheimensis cœnobium, proculdubio quondam, ut ex veteribus structuris apparet, magnificentissimum potentissimumq; duobus brevibus milliariis à Bambergæ civitate Episcopali ad Ebrachium fluviolum situm, fundatum & constructum legitur sub Episcopo Bambergensi, Leopoldo, Comite de Liningen, annum Christi circiter 1260. à nobilibus Baronibus de Schlusfelberg, quorum insigne fuit rubra clavis in alba planitie: quorum item sedes ac domicilium fuit antiquitus in Plassenburgo, fortissimo castro supra Culmbachium sito, quod hodie Marchionum est Brandenburgensium. Horum fundatorum talem reperio genealogiam brevem.

*Plassen-
burg.*

*Geneal.
Schlusfel-
bergio-
rum.*

Eberhardus, Baro de Schlusfelberg, qui primus fundum dedit ad conftruendum cœnobium, duos habuit filios

<i>Godefridum</i> : is legitur occubuisse in exteris nationibus, ubi Cæsarum castra forte sequutus est.	<i>Gisela</i> filiam, primam Abbatissam in Schlusfelow.	<i>Conradum</i> . Hunc habitasse ajunt Plassenburgi, sed anno Domini 1306. tradatum esse in arce hodie Episcopali, Neideck, quæ ad Wisnadum amnem infra Weischnfeldum Episcopale oppidum è regione arcis Streittbergensis sita est. Is præcipuus cœnobii fundator & benefactor fuisse dicitur, & ex Leucarde, Comitissa de Zollern, excepisse sex filias.
---	---	---

Neideck.

Rey 271

<i>Reyam</i>	<i>Annam</i>	<i>secun-</i>	<i>Elisabetam</i>	<i>Sophiam</i>	<i>Beatricem</i>	<i>Clarannam</i>
<i>despon-</i>	<i>dam loci</i>	<i>hujus</i>	<i>desponsatā</i>	<i>nuptui</i>	<i>copulatā</i>	<i>datam Co-</i>
<i>sat a m</i>	<i>Abbatissam.</i>		<i>Comiti cui-</i>	<i>traditā</i>	<i>Comitiab</i>	<i>miti cui-</i>
<i>Comiti</i>			<i>dā de Mon-</i>	<i>Comiti</i>	<i>Helffen-</i>	<i>dam de</i>
<i>cuidam</i>			<i>teforti.</i>	<i>à Zol-</i>	<i>stein.</i>	<i>Bichlin-</i>
<i>de Schwartzenburg.</i>				<i>lern.</i>		<i>gen.</i>

Benefactores hujus cœnobii alii, & qui in eo sua habent reconditoria ac sepulchra, fuerunt nobiles Reguli à Wolfftorf, Godesmanni, Stibari, Heuti, Dapiferi de Eggstorf, nobiles de Hirschheid, & duæ Annæ, quarum una ex genere nobilium de Egloffitein, altera ex vetustissima apud Ostrofrancos profapia nobilium de Seinsheim nata fuit. Abbatissarum hujus loci talis extat catalogus.

1. *D. Gisela*, Eberhardi Baronis de Schluffelberg filia. *Abbatiss.*
2. *D. Anna de Schluffelberg*, Conradi Baronis filia, à Leopoldo Episcopo Bambergensi cognato suo multa privilegia impetravit. Moritura iussit apertum relinqui tumulum: statim enim cognatam suam Annam, quæ ei successisset, sequuturam: id quod etiam factum est. *Vaticinium Abbatissæ de morte successoris impletum.*
3. *D. Anna* Comitissa à Zollern per unum tantum præfuit mensem, & è vivis excessit juxta cognatæ & antecessoris suæ vaticinium.
4. *D. Elisabeta* Dapifera de Eggstorf.
5. *D. Osanna de Streitberg.*
6. *D. Kbunigundis Stibarina.*
7. *D. Elisabeta à Wissentaw.*
8. *D. Margareta ab Egelsstein.*
9. *D. Margareta à Kunigsfelden.*
10. *D. Elisabeta Stibarina.*
11. *D. Brigitta Heutina.*
12. *D. Catharina ab Aisch* eligitur anno Domini 1486. Præfuit 22. annis. Obit anno 1508.
13. *D. Ursula à Druppach* eligitur anno 1508. Præfuit annis octodecim. Sub ejus gubernatione vastatum & incendio penè funditus deletum est pulcherrimum cœnobium in seditiosa rusticorum conjuratione anno Domini 1525. Ipsa cum fororum suarum conventu Bambergam secessit, ubi post biennium rebus humanis exempta est, anno videlicet Christi 1527.

Uuu 2

14. *D. Bri-*

14. *D. Brigitta Stibarina* eligitur anno, quo Domina Ursula ex hac vita mortali decessit. Coniuxit hæc aliquam iterum partem vastati ab agricolis cœnobii. Præsides hoc adhuc currente Jubileo feliciter & laudabiliter: cæca quidem occulto Dei iudicio exterioribus corporis oculis, sed non itidem interioribus: foemina pia, prudens ac humanissima, jam septuagenaria.

Schwarzach.

SCHWARTZACHIUM, Schwarzach / in signe Benedicti. Sni instituti monasterium, in ejusdem nominis apud Ostrofrancos ad Mœnum amnem sito oppido, fundatum & liberalissime donatum est in honorem Christi Salvatoris, Beatæ Virginis Mariæ, S. Sebastiani, ac Felicitatis Martyrum, sub Episcopo Herbipolensi Wolfigero anno Christi 815. imperante Ludovico Pio, à Megingaudo, Duce Ostrofrancorum & Comite Rotemburgensi ad Tubarum, Othonis cujusdam Galliarum Regis Nepote, & ab uxore ejusdem, Domina Ima, alibi Imina dicta, Genebaldi Regis Francorum filia: quorum amborum in ejusdem cœnobii templo corpora humata sunt, quamvis sepulchrum, fortassis à seditiosis rusticis misere contractum, hodie nullum appareat. Dedit fundator statim Abbati primo Villam Schwartzachianam, & præterea multa alia loca, expressa in literis fundatoriis, quarum colophon talis est.

Tradimus vobis & concedimus tibi Benedicto & monachis tuis præsentibus & futuris, solius Dei & peregrinorum, hunc locum cum omnibus ibidem contentis, ut orare debeat pro felici statu S. matris Ecclesiæ, & pro incolumitate Dominorum Regum imperantium præsentium & futurorum. Actum in Megingaudenhausen super fluvio Leimbach. Data mense Martio, anno 816. regnante Ludovico.

Catalogus ejus loci Abbatum talis extat.

Abbatum series.

1. *Benedictus* primus Abbas Schwartzacensis eligitur à Megingaudo fundatore anno Domini 815. Præfuit 28. annis. Sub eo obiit Megingaudus 13. Decemb. Sepelitur in suo hoc cœnobio. Cubat eodem loco Domina etiam Ima fundatrix cum filiis duobus, Arnolde & Marquardo. Sub hoc ipso Abbate multi